moveat singulas ptes lapidis. Vnde est, qd mâr gravitas lapidis maris, habet plures ptes movendas, quã minor gravitas alterius, et sic quasi atemperantur, et in ordine ad propium motũ evadit equalis gravitati minori, gravitas mâr. Ad 2ũ nẽ cõs, quare ẽe, n̄, dicitur de gravitate idem qd de impulsu dicunt adversarii, nempe adveniẽ, dũ lapis, vicinior est centro, q.ª est cõpleõ corporis gravis, vt maius impulsũ pducat penes centrũ.

Sectio IV.ª de actione et passione.

Actiõ in cõi; defitur ab Arle: actus agentis vt agentis: clarius tam, et pro vt cõprehendit eductiva et creativa, quã Arlẽ n̄, agnovit sic defiri potest: detraõ absta, actualis et immeata, vt efectus creatur immeate ab agente à quo est ipsa: dicitur detraõ, q.ª se ipsa detrat agens vt actu agat: absta, q.ª nullã spectat cõdiõnẽ: per lũ actualis dicit à detraõe absta, quã habet caã naria in actu, pximo ad operandũ. Per lũ immeata dicit à Divino decreto, qd licet sit detraõ vt efectus existat n̄, tamen est immeata. Vlma verba cõfant, actionẽ detrare efectũ, n̄, vt cumque, sd ita vt detrat etiã, oriri à virtute, à qua est ipsa, ex q.ª quã defiõnẽ, passiõ potest sic defiri: detraõ absta, actualis et immeata, vt efectus recipiatur in passo in quo est ipsa.

Actiõ dividitur 1º, in eductivã, et creativã. Eductiva est pduõ rei, dependenter à subto presupoto. Creativa, pduõ rei ex nihilo, quarũ explicaõ habetur: lib. 1º, disp.ᵉ 3.ªᵉ, sec.ᵉ 2.ª Dividitur 2º in 1º pductivã, quã est pduõ rei, quæ numquã extiterat: reproductivã, quã est, pduõ rei, quæ aliunde extitit, et immeate antea, n̄, existebat; et in cõservativã, quã est pduõ rei, quæ immeate antea existebat.

3º in transeuntẽ et immanentẽ; transiens ẽ; quia pducitur trũ, n̄, manens in ipso agente, v.g. actiõ quia pducitur calor in ligno: immanens est, quia pducitur trũ quæ manet in ipso agente: sic actus vitalis v.g. inteleõ manet in intlu à quo pducitur. 4º, in emanaõẽ et eficientiã; emanaõ est actiõ, qua cõsa pducit suas paões rẽ, distas: eficientia est quelibet alia pduõ.

Hiis ita prelibatis varias difultes, quã sub pfixo titulo cõtinentur per varias cõclusiões resolvemus. Dico igitur 1º: actiõ eductiva et passio, rẽ, idenfantur. Ita Scotus et Nostri Cõª Schotistas sap. modẽrni. 2º: actus agentis et passi, est idem rẽ; sd actiõ eductiva, est actus agentis et passio actus passi: ergo. Mir est certa et mâr ẽ, Arlis hic cap.ᵉ 3º, textu 18 aientis; actus moventis et mobilis vnũ ẽe actũ, sicut vna est via, quã ducit à Thebis ad Athenas, ab Athenis ad Thebas: in quã rem, oportune facit illud festivũ Hispani nostri Gongoræ.

Desde Sansueña à Paris,
Iurò vn medidor de tierra,
Que no avia vn passo mas,
Que de Paris à Sansueña.

Cõfir. passiõ est exercitiũ quo trũ eductus, recipitur in passo; sd eduõ est rẽ, hoc exercitiũ: ergo. Mir cõstat; exercitiũ, quo trũ eductus recipitur in passo, est rẽ, exercitiũ medio quo pducitur dependenter ab eo, tanquã à subto presupoto: sd exercitiũ quo trũ eductus dependet à passo, vt à subto presupoto est rẽ, eduõ: ergo.

Dico 2º: actiõ eductiva sub cõceptu cõi actionis cõprehendenti etiã creationẽ distinguitur f.ᵗ à passione. 2ᵇ: q.ª sub tali cõceptu est raõ cõis, et pcica; sd raõ cõis et pcica, saltẽ f.ᵗ distinguitur à difrẽli, qualis est cõceptus passionis: ergo. = Dico 3º: actiõ eductiva vt talis, nec f.ᵗ distinguitur à passione. 2ᵇ: qd nequit cõcipi sine passione, nec f.ᵗ distinguitur ab illa; sd actiõ eductiva reduplicare vt eductiva, cõcipi, n̄, potest sine passione: ergo. Mir pᵇ: actiõ eductiva vt talis est f.ᵗ eduõ; sd eduõ

Ǝsipi, nõ potest sine passione: ergo. Unde observa, quod eductio, et passio, solum distinguuntur distinctione rationis ratiocinantis, non ratiocinatæ, quia ex parte rerum nullum detur fundamentum ad talem distinctionem, licet aliunde subiiciantur diversis vocibus.

Et de hac distinctione sine fundamento, intelligendus est Aristoteles, qui postquam dixit, eductionem esse actum huius in hoc, ut, agentis in passo; et passionem esse actum huius ab hoc, ut, passi ab agente, subiungit: nam huius ab hoc, et huius in hoc actum esse, ratione diversum est.

Dico 4º: actio eductiva transiens recipitur in solo passo. Ita expresse Philosophus, 3º de anima, text. 138º dicens: agentis, et moventis quæ operatio, in ipso agente recipitur atque inest: et paulo post: actio et passio, non in agente est, sed in eo quod patitur. Probatur insuper, quia si reciperetur in agente, non esset transiens, sed immanens cum maneret in ipso: item, si reciperetur in termino, terminus præsupponeretur ad actionem ut causa materialis illius; sed utraque sequela est absurda: ergo.

Hinc infertur 1º, quod actio est prior passione logice, seu in subsistendi consequentia, quatenus valet: terminus est, receptus: ergo productus: non, autem est prior tempore aut natura. 2º, quod actio immanens recipitur in solo agente, cuius est modus intrinsecus, sed non, quod recipitur in agente, non, ut est formaliter agens, sed ut est patiens.

Dico 5º: actio eductiva specificatur essentialiter ab agente passo et termino. Dixi essentialiter, quia accidentaliter solum specificatur a circumstantiis et quolibet alia entitate. Probatur: quia hæc actio connectitur cum agente, passo, et termino, quibus est essentialiter affixa; ergo quocumque illorum variatur variata actione.

Observa tamen 1º: quod eiusdem termini, agentis, aut passi, possunt dari plures actiones solo numero distinctæ; imo de facto ita evenit in sententia, quam postea statuemus constituente durationem per actionem ipsius productivam. 2º, quod sola diversitas numerica agentis, passi aut termini, non sufficit ad diversitatem specificam actionum, cum ex ea notabilis differentia inter illas, non oriatur.

Subsectio Unica enodantur argumenta.

Opponitur contra 3am conclusionem 1º: in Divinis realiter distinguuntur generatio activa et passiva: ergo etiam in creatis. 2º: prius est terminum produci ab agente, quam recipi in passo: prius esse, est, quod motus expediatur quam quod recipiatur: ergo actio est prior natura passione; sed quod est prius natura aliquo, realiter distinguitur ab eo: ergo. 3º: actio est independens a passione; nam potest res produci, quin sit recepta; e contra vero passio, est dependens ab actione, quia non potest res recipi quin sit producta.

Ad 1um nego consequentiam, disparitas est, quia iuxta Theologos, id defendentes, generatio activa identificatur cum Paternitate, et passiva cum Filiatione, realiter inter se distinctis: in creatis autem, nec actio identificatur cum agente nec passio cum passo. Ad 2um, distinguo antecedens: prius est, prioritate logica, seu in subsistendi consequentia, concedo; prioritate physica nego; et similiter ad inclusam probationem, quæ si loquatur de egressu locali successivo, non est ad rem. Ad 3um distinguo antecedens, quoad 2am partem: est dependens, dependentia logica, concedo; dependentia physica, nego: ad hoc esse, deberet actio, influere physice in passionem.

Opponitur 2º: in instanti conservationis ad productionem ignis v. g. manet eadem passio; sed non, manet eadem actio; potest esse, dum conservatur a Deo, cum fuerit productus etiam ab agente creato: ergo. 2º, caro quod unus ignis, produceret duos alios in duplici loco, passio, non, erit una, sed actio esset una, cum esset unus agens: ergo. 3º: si actio et passio essent realiter, idem esset agere et pati; non constituerent diversa prædicamenta; itemque etiam essent realiter idem agere et pati; sed utraque sequela est falsa: ergo.

Ad 1um nego maiorem, propter rationes argumenti, si esse, actio est diversa, diversa etiam est passio. Ad 2um, distinguo maiorem, nego minorem, distinguo inclusam, cum sit unus agens specificative sumptus, concedo; reduplicative sumptus nego: agens esse, reduplicative ut producens in duplici passo, esset duplex, quia sic reduplicat supra passum. Ad 3um, nego sequelam, sufficit esse quod distinguantur per rationes, ut constituant diversa prædicamenta: et distinguo 2am: essent idem pati et agere, in abstracto, concedo; agere et pati in concreto, subdistinguo: si actio fuerit transiens, concedo; si actio fuerit immanens, nego.

Agere et pati in concreto, imbolvit agens et passum, cum quae agens et passum, si actio est transiens, realiter inter se distinguantur, agere et pati formaliter sumpta distinguntur realiter, salte inadaequate: si autem actio est immanens, cum agens et passum non distinguantur realiter, agere et pati adhuc in concreto sunt realiter idem. Nota quod solet afferri D. Thomas, 1. parte, q. 28. arto 3., pro tali sententia, ea tamen non defendit, sed supposita aliunde et ab aliis defensata, ibidem verum est exemplo distinctionis actionis a passione.

Obj. 1. [illegible]: nequit actio egredi ab agente, quin saltem in ipso egredi sit in agente: ergo saltem incoatative recipitur in agente. 2º: nequit agens perfici aut mutari, per actionem in se non receptam: sed agens perficitur et mutatur per actionem transeuntem: ergo. 3º: omnis forma tribuit subiecto, in quo est, suam denominationem; sed actio non tribuit passo denominationem agentis: ergo. 4º: ut passio denominet passum vere et realiter recipiens, debet recipi in illo: ergo ut denominet agens vere et realiter, agens in eo recipi debet.

Ad 1um, neg. ant., cuius falsitas patet in effectu, ipsius actionis, qui egreditur ab agente, quin sit in ipso, et illud dist.: quin saltem in ipso egredi sit per receptionem in agente neg.; sit per pertinentiam [illegible], conc. Actionem egredi ab agente solum est, quod per ipsam egressionem sui productionis, fiat existens quod solum arguit actionem pertinere in virtute agentis, non vero quod praeexistat in illo.

Ad 2um dist. maj.: nequit agens perfici aut mutari intrinsece per actionem [illegible]; perfici aut mutari extrinsece neg., et sub inversis dist. min., neg. conseq.: per actionem solum perficitur agens extrinsece, quatenus mediante illa manifestat suam virtutem intrinsecam, et solum mutatur extrinsece quatenus mediante illa reducitur de potentia ad actum: sic obiectum, quin recipiat in se visionem per ipsam perficitur, et mutatur: unde observa, quod actio est propria et formaliter perfectio agentis, sed solum extrinsece et arguitive, quatenus arguit eius virtutem, quae est formaliter illius perfectio.

Ad 3um dist. maj.: tribuit subiecto capaci denominationem [illegible]; incapaci, neg.: passum autem quia non est id a quo egreditur actio, non est capax denominationis agentis: sic visio recepta in pariete ipsam denominat videntem, cum tamen denominet obiectum visum. Ad 4um dist. ant., neg. cons., discrimen est, quod denominatio patientis est intrinseca passo: ideo esse hoc denominatur tale, quia ipsi intrinsece unitur actio, aut in eo vere et realiter recipitur: at denominatio agentis est extrinseca agenti: unde in ipso non debet recipi actio, sicut non debet visio recipi in pariete, quae denominat visum. Instas 1º: modus recipitur in re cuius est modus agentis, imo et [illegible]: ergo. 2º: agens in actu primo est intrinsece potens operari: ergo est intrinsece operans in actu 2º: alias esset aliter potens operari, et aliter operans; id est operans in actu 2º per actionem: ergo per actionem sibi intrinsecam. Ad 1um dist. maj.: modus intrinsecus [illegible]; extrinsecus neg., et est dist. min., neg. conseq. Ad rationem modi extrinseci, qualis est actio respectu agentis, sufficit, quod ita sit cum agente ut nequeat illud non denominare agens, nec possit ab alio agente pertinere. Ubi observa, quod actio est actus extrinsecus agentis et intrinsecus passi: actus autem extrinsecus non debet esse intrinsece in potentia cuius est actus. Ad 2um dist. ant.: est intrinsece potens operari quatenus in sua intrinseca virtute, praecontinet actionem [illegible]; quatenus intrinsece recipit actionem neg.; hoc esse modo, agens non est intrinsece potens operari: unde constat ad reliquas propositiones. Obj. 2º [illegible] 1º: et ponamus quod Deus se solo producat per [illegible] ignem in ligno postea quae illum per creaturas conservet: in hoc casu actio conservativa specifice differt ab actione productiva; sed non variatur neque agens, neque passum, neque terminus: ergo ab illis non specificatur actio. 2º: duae actiones productivae caloris, altera ab igne procedens, et altera a sole, non respiciunt ignem et solem ut tales, sed ut ignem, et ut solem, sed non pro ut continentur in virtute productiva caloris, sed sub hac ratione non differunt specie: ergo actiones illae

n, specificantur ab agentibus.

3°: magis distinguuntur actio ignis A et actio ignis B, quæ duæ actiones eiusdem ignis A: sed duæ actiones ignis A, solo numero distinguuntur: ergo actiones ignis A et B specifice distinguuntur. 4°: actiones specificantur a sua differentia essentiali, et individuantur a sua individuali differentia: ergo.

Ad 1um huius paginæ, distinguo consequens: n, specificatur intrinsece, concedo; extrinsece, nego: in hoc casu actiones erunt specie distinctæ, propter diversum respiciendi typum; educta esse, respiceret illum ut a subiecto dependente; creatum vero ut independentem ab illo; et ab hoc modo respiciendi diversi actiones specificantur in esse. Ad 2um, nego maiorem, cum esse actio, sit essentialiter determinatio et exercitium agentis a quo oritur debet respicere illud ut tale; aliter esse, actio huius agentis, posset a quocumque alio prodire.

Ad 3um distinguo maiorem: magis, intra lineam distinctionis numericæ concedo; extra illam nego, unde distinguo minorem, nego consequentiam: illa maior distinctio, cum sumatur ex distinctione pure numerica, n, est notabilis, sicque, n, extrahitur a numerica. Ad 4um distinguo antecedens: specificantur [illegible] intrinsece concedo extrinsece nego et consequentiam.

Sectio V.ª aliæ de actione difficultates resolbuntur.

Dico 1°, de facto actio educta, n, distinguitur ab agente, passo, et termino. Ita communiter contra Nominales. Probatur: quæ n, separantur, n, distinguuntur; sed agens, passum et terminus, n, separantur ab actione educta: ergo. Explicatur minor: agens separatur ab actuali exercitio operandi; sic ignis actualiter n, producit calorem in hoc ligno, similiter hoc lignum, modo, n, recipit in se calorem: unde passum separatur ab actuali exercitio ~~operandi~~ recipiendi.

Terminus item, potest separari ab actione, qua hic et nunc producitur ab igne A. Nam potest esse, conservari a solo Deo, per [illegible] actionem. Præterea, possunt simul existere ignis A et B, quin B, producatur ab A: ergo actio producta, distinguitur a complexo agentis et termini. Obiectio: quod actio distinguitur ab agente, passo, et termino, tanquam modus a re: est esse, exercitium et actuale quo agens, producit terminum taliter ut ab illis

Maria. sit essentialiter inseparabile.

Dico 2°: nec de possibili, potest actio educta identificari, cum agente et passo bene vero cum termino. Probatur 1a pars: educo ex conceptu suo, physice expeditur ab agente et recipitur in passo; sed implicat, quod a se ipso physice expediat, et in se ipso recipiatur quod utrumque eveniret si actio educta, identificatur cum agente et passo: ergo. Probatur 2a pars: n, ostenditur repugnare ignis v.g. qui se ipso, sit abita determinatio ut in actu 2° prodiret a sua causa, et reciperetur in passo; sed hic ignis, esset terminus indistinctus ab actione educta sui: ergo.

Roboratur: licet actio identificata cum termino, n, esset accidens, nec modus termini, nec relatio transcendentalis ad ipsum; esset tamen abita determinatio, ut a virtute agentis, oriretur effectus; sed de essentia actionis, solum, hoc unum; n, autem, esse accidens, modus termini, aut relatio transcendentalis ad ipsum: ergo haberet totam essentiam actionis: ergo, n, repugnat.

Dico 3°: nequit naturaliter dari actio actionis, potest tamen divinitus, et dicere, quod solum supernaturaliter potest una actio per aliam produci. 1a pars patet, quia cum quælibet actio, sit determinatio sui ut ab agente prodeat, et existat, superflueret alia determinatio.

Probatur 2a: n, minus unio integralis, per se ipsam unitur cum partibus quorum est modus, quæ per se ipsam prodit ab agente cuius est modus; sed unio integralis, per aliam uniones, unitur magis, cuius n, est modus: ergo similiter, licet actio agentis A, per se ipsam procedat ab agente A, cuius est modus, poterit actionem agentis B produci ab agente B, cuius n, est modus.

Idem arguitur fit in subsistentia quæ licet, per se ipsam essentialiter uniatur propriæ naturæ cuius est modus, potest 2a probabiliter sententia, uniri per unionem superadditam, alteri naturæ, cuius n, sit modus: hinc nota, quod actio producta per aliam actionem, solum esset actio naturaliter, n, formaliter ut talis; solum esse producetur ab alia, ut est formaliter terminus.

Subsectio Unica, argumenta enerbantur.